2. sacerdotes, B, $B^1$, C. nove, *om.* B, $B^1$, C. moveret, B, $B^1$, C. 3. dictam, *om.* B, $B^1$, C. 4. clerici, *om.* B, $B^1$, C. 6. et pharisei, B, $B^1$. racio sit, *ord. inv.* B, $B^1$, C. 18. fidelis, *pro* infidelis, B, $B^1$, C. 24. due, *om.* B, $B^1$, C. sunt, enim, *pro* scilicet, B, C; *sed* enim *al. man.* B. sunt *corr. ex* scilicet, B.

Digitized by Google

## CAPITULUM 9^m^.

Adhuc pro declaracione ulteriori objectus heretici quem
inculcas, notandum est quod sicut avari principes sacerdotum
et pharisei legis veteris humanitatem Christi occiderant
propter timorem amissionis bonorum temporalium, sic diciores
principes sacerdotum pro tempore legis gracie divinitatem
Christi, quia veritatem legis evangelice quantum suffecerant
extinxerunt. Ideo ut multis videtur postquam majorem
Christi gratitudinem perceperant tanquam plus ingrati magis
John xi. 47. peccaverant. Unde jo 11° sic scribitur: *collegerunt pontifices
et pharisei concilium adversus jhm et dicebant, quid facimus*
$B^{1}$. 152 a. *quia * hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic
omnes credent in eum, et venient Romani et tollent locum
nostrum et gentem.* Sed principes sacerdotum et Pharisei
tempore legis gracie habent scriptas bullas et cartas, que
omnes sonant in suam avariciam et veritatem evangelicam
nituntur extinguere, et promulgantes eam licet trepide per-
101 b. secuntur: * et sic ut videtur multis nostri principes sacer-
dotum et pharisei multipliciter magis peccant, quia sunt
B. 4 d. sub majori ipocrisi * plus ingrati, et non solum cum majori
multitudine Christum persecuntur in membris, sed tanquam
eis summum odibile contempnunt predicacionem evangelice
veritatis. Cujus causa videtur quia sciunt ex fide catholica
quod debent Christum sequi in moribus. Et evangelium
docet cum vita eorum quod sunt vite et doctrine Christi nimis
contrarii. Ideo odiunt quod istud populo declaretur. Et sic
quantum ad gloriam quam fingis Christi sacerdotibus debere
modo competere, patet quod ignominiam vocas gloriam, cum
in statu plus periculoso hortaris quod clerus relinquat arma
spiritualia, in quibus debet diabolum, carnem et seculum

As the rich Pharisees killed Christ's manhood for fear of losing their wealth,

so our richer priesthood would kill His godhead by trying to crush gospel truth.

Their bulls and charters aim at this.

So also they hate gospel truth to be preached.

Knowing that their lives contradict it.

As for the 'glory of the clergy' it is really their shame.

2. sacerdotum, *om.* B, $B^{1}$, C. 10. peccaverunt, B, $B^{1}$, C. 18. et, *om.* B, $B^{1}$, C. sacerdotum, *om.* B, $B^{1}$, C. 30. mundum, *pro* seculum, B, $B^{1}$, C.

And the argument imputes ignorance to Christ.

Even worse is the blasphemy in speaking of the 'patrimony of Christ crucified.'

For this shifts upon Christ the blame of the clergy's sin.

superare; et preter hec imponis Christo manifestam blasfemiam: quod ipse tanquam reditus istius ignarus, vel conversacionem ecclesie sue necgligens, istum reditum dereliquit. Et quantum ad nominacionem patrimonii crucifixi, patet quod multiplicas blasfemias contra clerum; quia magnum peccatum est prevaricari sic in mandatum domini, sed major * blasfemia est imponere Christo quod ipse **C. 5 b.** approbat et necessitat clericos sic peccare. Sic enim, tanquam alter adam, nititur clerus suam culpam in dominum retorquere: *mulier inquit, quam dedisti michi sociam dedit* Gen. iii. 12. *michi de ligno et comedi* ut patet gen 3°. Clerus autem mentitur innuitive longe abjeccius cum dicat quod Christus in ligno fuerat crucifixus ut clerus suus postmodum taliter dominetur. Sed que major blasfemia quam Christo imponere talem culpam? Et per consequens est summa blasfemia quod clerus Christi virtute hujus passionis pauperis et humilis debet sic toto seculo dominari. Et quantum ad cartas et concessiones secularium dominorum patet quod clerus * erubesceret inniti tam culpabili fundamento. Nam **B. 5 a.** imperator et domini alii in hoc per regem superbie sunt seducti. Ideo expergiscant sompno istius criminis soporati, et cognoscant hoc principium clare demonstrabile apud catholicos quod in nullo valet humana concessio, nisi prehabita licencia a domino capitali. Cum ergo non possunt docere quod ad hoc dominium habebant a Christo licenciam, patet quod tam lege humana quam divina est ista stulta donacio irritanda. Vel ergo oportet ipsos negare blasfeme Christi capitale dominium supra cesarem, vel concedere donacionem istius dominii esse illicitam et per consequens a catholicis respuendam, vel 3° ad hoc ostendere Christi licenciam specialem. Et de quanto clerus vel seculares

As vain is the plea of concessions from temporal lords.

For no human concession holds good except by leave of the superior lord.

And no such leave can be shown from Christ.

They must either deny Christ's lordship, own the concessions invalid, or show His leave.

9. deum, *pro* dominum, B, $B^1$, C. 11. de ligno, *om.* B, $B^1$, C. 14–16. quam . . . blasfemia, *om.* B, $B^1$, C. 23. contraria, *sed in marg.* humana, B. 25. habeant, B, $B^1$, C. 27. *sup.* irritanda *al. man.* evitanda, B. evitanda, *sed. al. man. in marg.* irritanda, $B^1$, C. 30. 2°., B, $B^1$, C. ost. ad hoc, *ord. inv.* B, $B^1$, C.

Digitized by Google

domini in isto crimine diucius immorantur, de tanto in peccato
maximo diabolice se indurant. Et quantum ad leges et
vitas papales patet quod est confirmacio criminis sicut prius.
Quid enim valent iste evidencie nisi probate fuerint racio-
**102.** nibus vel scriptura. Sed, cum non sunt in Christo * est et
non, patet quod impossibile est istorum alterutro tradiciones
istas papales vel leges hominum stabilire. Et vellem quod,
clerus contra expropriacionem istam remurmurans, etiam
papa ad istam racionem efficaciter responderet. Et certum
est quod non superest fructuosa responsio, nisi reddicio rei
tam diu injuste detente, et istud cum contricione, potest per
dei graciam capitali domino complacere.

**The example of popes is vain unless supported by reason or scripture. As Christ does not contradict Himself such proof is impossible.**

**The only true answer for the clergy is contrite restitution.**

## CAPITULUM 10m.

Mendacium. Videtur stulta presumpcio istam materiam
in novissimis temporibus attemptare. Multi quidem fuerunt
**B. 5 b.** sancti canonizati in ecclesia, qui istam dotacionem * cleri
multipliciter approbarunt. Et si testimonium vel consciencia
ponderatur haberi possunt mille fideles recte consciencie
contra paucos hereticos. Cui ergo parti pocius est creden-
dum. Consuetudo ergo tot sanctorum veterum approbata in
ecclesia sancta concorditer daret fidem.

***Mend.* objects that the authority of the saints is on the side of endowment.**

Veritas. Ista non sunt verba racionis sed contencionis et
exprobracionis; ideo sunt humiliter, sapienter et pacienter a
fidelibus transcurrenda. Cum autem ex fide omnes sancti
citra Christum, ut johannes confitetur, multipliciter pecca-
verunt, patet quod omnes citra Christum habuerunt valde
**C. 6 a.** antiquam consuetudinem * ad peccandum. Ideo si Christi

***Ver.* answers: the authority of saints, none free from sin, cannot be set against Christ.**

2. diabolico, B, B$^1$, C. 5. nisi est est et non, *pro* est et, B$^1$. 8. contra, *om.* B, B$^1$, C. exprobracionem, *sed int. lin.* correpcionem, B. expropriacionem, *sed al. man. in marg.* exprobracionem, B$^1$. 10. frivola, *pro* fructuosa, B, B$^1$, C. 15. sunt, *sed al. man. in marg.* fuerunt, B. firñt (=firmant), B$^1$. 25. fidem vel Christum *corr. al. man. in* deum, B. deum, B$^1$, C. 26. deum, *pro* Xtum, B.



Digitized by Google

autoritas sit infinitum prestancior quam consuetudo eorum, quis fidelis non crederet autoritati domini eorum consuetudine pretermissa. Cum ex fide capimus quod nullus sanctorum quantacunque sanctitate prepolleat est in dicto vel consuetu-

Conformity to Whose life is the standard of holiness.

Christ's witness is thus decisive against endowments.

dine credendus, nisi de quanto illud consonat cum Christo qui est prima veritas. Et per consequens, habita a Christo vivaciori evidencia ad credendum contrarium, istud est ex illa forciori evidencia dimittendum. Et sic posset esse non stulta presumpcio sed veritatis instigacio quod ista sentencia

And these, under the guise of charity, have been increasingly mischievous.

nunc taliter est temptata: quia ista dotacio sicut in principio sonuit in peccatum, sic continue plus et plus * a B. 152 a. religione domini declinavit. Et error imprimis insensibilis, ymmo qui videbatur esse elemosyna, ex cremento malicie jam

Some men piously ask belief not because of their own erring wisdom, but because they declare Christ's law.

patule est perceptus. Ideo ad reprimendum presumpcionem superbam homines pie rogant quod non credatur ipsis in isto quia ipsi vel mendaces hoc asserunt, sed quia est lex domini jhu Christi, et ut dicit Augustinus 'Si Christus hoc asserit

And their self-denial gives weight to their condemnation of endowments.

ve illi qui non credit.' B. 5 c. Et ut advocacio ista pro lege Christi sit çlarior, homines promulgantes istam sentenciam non querunt lucrum mundanum nec humanam amiciciam set contrarium paciuntur. Et sic amor dei et legis sue, cum honore suo rependendo, preponderari debet a fidelibus in 102 b.

In these matters Faith and Opinion must be distinguished.

hoc actu; et principium in isto puncto et aliis debet esse fidelibus quod discrete distinguant inter fidem et opinionem, sic quod nichil accipiant tanquam fidem nisi ex lege veritatis doctum fuerit. Ideo canonizaciones et quecunque operaciones papales, consuetudines vel asserciones sanctorum dant

That all saints have sinned is of faith.

opinionem illis in quibus est evidencia cum fide. Ut fides est quod petrus et paulus cum ceteris sanctis multociens graviter peccaverunt, et opinio est quod posteriores canonizati

That the saints of papal creation are holy is of opinion.

a romano pontifici erant sancti, licet ad sanctitatem eorum

3. cum autem, B, C. 13. incremento, B. 16. hec, B, $B^1$, C. 17. hec, B, $B^1$, C. 20. humanum, *pro* mundanum, $B^1$, C. vel, *pro* nec, B, $B^1$, C. mundanam, *pro* humanam, $B^1$, C. 22. sibi, *pro* suo, B. impendendo, $B^1$. 25. veritate, *pro* lege veritatis, B, $B^1$, C. 28. citra fidem, *pro* cum fide, B, $B^1$, C.

Digitized by Google

quos scriptura sacra canonizat non in proporcione que deo placet attigerant. Et sic non est major evidencia, si isti sancti canonizati a romana ecclesia istam consuetudinem habuerunt, ergo non in hoc contra Christum et suam ecclesiam peccaverunt, quam sequitur, si petrus et paulus contra dominum blasfemarunt, ergo non in hoc contra Christum aut suam ecclesiam peccaverunt. Videamus ergo quid dicit infallibilis racio vel lex dei et illud tanquam fidem vel infallibilem in animum imprimamus. Turpe quidem est sentenciam et veritatem tanquam fide in animo stabilire et fidem fundatam in scriptura dimittere.

To hold these last sinless as to endowments is to hold Peter sinless in denying Christ.

It is shameful to uphold vain opinion, and set aside the faith founded in the scriptures.

## CAPITULUM 11m.

Veritas. * Lapsus autem a fide, et specialiter quia capitur probabile tanquam fides, facit errores innumerabiles in ecclesia militante. Qui autem credit ut fidem communitati vel populo est in januis ut stolide seducatur, quia * ecclesiaste * p° scribitur, *stultorum infinitus est numerus.* Et sapiens daniel cum populus dampnasset Susannam ex falso testimonio sacerdotum, si generaliter multitudo testium approbetur, cujus contrarium * patet daniel ult°, et helias foret per quadringentos sacerdotes baal in causa domini superatus, cujus contrarium patet 3 Reg. 18°. Ideo prudentes habent hanc consuetudinem quando difficultas circa veritatem aliquam ventilatur. In primis considerant quid fides scripture loquitur in hoc puncto et quicquid hec fides in illa materia diffinierit credunt stabiliter tanquam fidem. Si autem fides Scripture neutram partem ejus expresserit, dimittunt illud tanquam eis impertinens, et non litigant vel contendunt que pars habeat veritatem. Et ista est magna prudencia sapientium. Ideo est stulta evidencia

C. 6 b.
Eccl. i. 15.
B. 5 d.
$B^1$. 152 b.
Bel and the Dragon.
1 Kings xviii.

The scriptures show the folly of taking the popular voice as authoritative.

In a difficulty wise men first ask what scripture says.

If it is silent they dismiss the question.

6. deum, *sed int. lin.* Christum, B. deum, $B^1$. Christum, C. 10. et veritatem, *sed al. man.* inanem, B. inanem, $B^1$, C. fidem, B, $B^1$, C. 13. autem, *om.* B, $B^1$, C. 29. Et ergo, *sed al. man.* ideo, B. Et ideo, $B^1$.

Digitized by Google

The majority is generally wrong.

si major pars militantum sic asserit, ergo verum, cum sit argumentum topicum ad contrarium concludendum, quia deus scit si nunc militant plures filii patris mendacii quam filii veritatis. Et quantum ad imposicionem heresis, fideles armarent se humiliter cum factis domini; ipsi enim imposita

As for the outcry of heresy Christ was accused of this.

est sepe heresis, quia blasfemia, et persecutus fuit tanquam hereticus lapidandus, ut patet jo 8°. Et causa potissima quam John viii. 59.
false finxerant in dampnando Christum fuit falsa imposicio heresis: jo 19° scribitur *nos legem habemus* * *et secundum* John xix. 7. 108.

People now take the pope's decision as authoritative.

*legem debet mori.* Sic enim possent hodie populi papam colere tanquam Christum sic quod si quicquid diffinierit in causa terrena sive celesti illud defendant et sustineant tanquam

And if two popes are elected some hold one election, others the other, as divine.

legem. Et si duo pape ex seminacione sathane electi fuerint, populi diversi elecciones illas approbant tanquam * fidem. B. 6 a.
Et ex tali scismate oriri possent inconveniencia infinita. Que, rogo, major infidelitas quam approbare elecciones cardinalium

The cardinals may be devils incarnate, yet whoever they elect is Christ's vicar!

qui ex nobis dubio sunt diaboli incarnati, quod si elegerint qualemcunque personam in papam, tunc ipse est pater sanctissimus et immediatus Christi vicarius. Hec autem heresis, loco sortis apostolorum qua eligerunt Mathiam per

The substitution of election by cardinals for the lot is the devil's device.

diabolum introducta, potest esse zizania ad catholicos in fide discordandum. Medicina ergo foret catholicum tales elecciones cum non sint apostolice refutare, et operibus persone viantis credere, et omnino dubium vel non fidem tanquam fidem catholicam refutare. Et sic concordet fidelis cum lege domini, et armet se cum paciencia et caritate, et ponat humiliter in manu domini vitam suam, quia discenciones originate ex divisionibus sectarum parturiunt istis periculosis temporibus multa mala.

1. militancium, B, $B^1$, C. 3. pulcrius *corr. ex* plures, B. pulcrius, C. 5. fideliter, *pro* humiliter, B, $B^1$, C. 9. Nam Jo. $B^1$. 10. hodie possent, *ord. inv.* B, $B^1$, C. 11. quicquam, B, $B^1$, C. 16. ergo, *pro* rogo, B, $B^1$, C. 20. Mathiam, *om.* B, C. 21. Katholica *al. man. in marg. add.* B. Katholica *add.* C. 23. et operibus . . . refutare, *om.* B, $B^1$, C. 26. ponet, B, $B^1$, C

Digitized by Google

## CAPITULUM 12m.

*Mend.* objects:

To accept scripture proof only would destroy belief in papal bulls and decisions.

And in indulgences, etc.

As questions of oaths or paternity could not be so settled contracts and wills would be void.

MENDACIUM. * Video quod implicas multa inconveniencia in deliramentis stolidis que effaris; quia si in tali materia C. 7 a. solum debet fidelis * credere scripture sacre non crederet bullis papalibus vel diffinicioni curie romane, et sic omnis fides adhibenda sociis fidelibus conversantibus deperiret et multo magis non crederetur indulgenciis, literis episcopalibus vel literis fraternitatum de suffragio spiritali. Sed quis vivens vitam communem hominum non tunc de sua beatitudine desperaret. Ymmo contractus humani qui fiunt communiter juramentis et testificacionibus deperirent, et quod plus est B¹. 152 c. hereditates secundum leges humanas, * cum nemo crederet quod juvenis habuit talem patrem. Sed hoc nimis perturbaret rempublicam et legem politicam.

*Ver.* answers:

This fails to distinguish credence in matters of opinion from faith in revelation.

VERITAS. * Video quod a patre mendacii didicisti B. 6 b. distincciones et equivocaciones * subterfugere, et inconveniencia saltem tibi apparencia concludere videaris. Est autem credere equivocum ad cum hesitacione date sentencie adherere, vel sine hesitacione, opiniative tamen, adherere date sentencie, vel 3° adherere sentencia tanquam fidei quê dicatur a veritate prima cum tamen aliunde non humanitus demonstretur. Et sic supponimus in toto isto colloquio credere fide sumi, non autem loquimur tam laxe in proposito sicut boicius, quod quecunque opinio quam quis habuerit sit sibi fides; sed loquimur de fide catholica, quoniam necesse est opinionem transcendere, cum facit certitudinem infallibilem, pro qua fidelis debet mortis periculo exponere

3. affaris, B, B¹, C. 4. fides *corr. ex* fidelis, B. fides, C. 8. spiritali *corr. ex* spirituali, B. speciali, *sed al. man. in marg.* spiritali, B¹. spirituali, C. 13. cuius illa hereditas extiterat, *add. post* patrem, B, C, *sed* B, *al. man. in marg.* cuius illa hereditas existeret, *add.* B¹. 18. aliud, *pro* ad, C. 19. opinative, B, B¹, C. tantum *al. man. corr. ex* tamen, B. tantum, B¹, C. 20. sibi, *pro* sentencia, B, B¹, C. 22. demonstraretur, B, B¹, C. supponamus, C. 23. fidem, B, B¹, C. enim, *pro* autem, B, B¹, C. 24. loquitur, *add.* B, B¹, C, *sed* B, *al. man.* quam, *pro* quoniam, B, B¹, C.

Digitized by Google

vitam suam. Et sic opinative potest homo credere bullis papalibus; et specialiter si super illas rei experiencia addat opinionem; quia ille per se non faciunt * fidem et multis 103 b.
hominibus parvam aut nullam credulitatem, cum tam papa quam sua curia falli poterunt et fallere propter lucrum et ignoranciam veritatis. Et sic dictum est communiter quod ad quesita sive proposita est quadruplex responcio adaptanda.

Propositions may be (i) granted as matters of faith transcending opinion,

Quedam enim sunt simpliciter supra opiniones hominum concedenda ut veritates fidei, veritates sensibiles, et veritates doctrinales ex certis principiis demonstrate.

(ii) similarly denied,

In secundo vero gradu sunt alique neganda simpliciter ut falsitates opposite veritatibus supradictis.

(iii) doubted,

3° vero sunt alique dubitanda ut verba hominibus proposita que propter evidencias contrarias nec sciunt simpliciter esse vera nec sciunt simpliciter esse falsa.

(iv) taken as true, but not certainly so.

In 4° vero gradu sunt alique supponenda ut opinabilia citra vera primi modi, de quibus homo non est certus fide vel * de- B. 6 c.
monstracione vel eorum oppositis, licet non habeat evidenciam ad contrariam opinandum; ut habita experiencia de conversacione sacerdotis qui vivit catholice, supponi potest ab experiente quod sit membrum ecclesie, et tamen non debet credi * ab aliquo tamquam fides, quia nescitur si sit C. 7 b.
predestinatus aut prescitus ad tartarum propter lapsum. Ideo debemus catholice relinquere famosum puerile principium quod omnis proposicio proposita sit concedenda, neganda, vel dubitanda.

There are other moods beside assent, denial, and doubt.

As, e.g. of one's own salvation, hope.

Cum proposicio mihi si salvabor nec concedo nec nego nec dubito, sed spero. Et de aliis hominibus nullum istorum habeo sed suppono secundum evidenciam quam habeo citra fidem. Et patet quod expertus de curie romane malicia potest loqui cum prudencia contra illam,

2. illis, B, B[1], C. 5. poterint *corr. ex* potuerunt, B. poterint, B[1], C. 7. ad, *post* sive, *add.* B, C, *sed* B, *al. man.* 8. supra op. hom., *om.* B, B[1], C. 11. aliqua, B. 12. modo, *pro* vero, B, B[1], C. aliqua, B, B[1], C. 14. sciuntur, B, C. sciuntur, B, C. 15. aliqua, B, B[1], C. 19. quod, *pro* qui, B, B[1], C. 20. dicitur, *pro* debet, B, B[1], C. 21. an, *pro* si, B[1]. 25. proposito, *pro* proposicio, B, B[1], C. 27. spero *corr. al. man. ex* suppono; B. spero, B[1], C.

Digitized by Google

licet non loquatur contra Christum et suam ecclesiam; quia non est fides quod illa curia sit militans ecclesia, licet quandoque acciderit quod fuit ecclesia hic in via.

## CAPITULUM $13^{m}$.

B[1]. 152 D. VERITAS. * Ex istis dictis est medium inductivum ad respondendum ad alia que postmodum sunt illata. Non enim debemus accipere bullas papales vel generaliter dicta illius curie tanquam fidem; cum sunt viatores peccabiles et non generaliter inspirati, et ocularis experiencia docet quod sepe sunt decepti et contra veritatis regulam sepe errant. Et sic debemus ex sufficienti evidencia credere sociis cum quibus communiter conversamur, sed non habemus ex fide credere omni spiritui quem audimus, nec indulgenciis debemus credere,
B. 6 d. sicut nec papa vel sua curia, cum nescit * si illa persona cui concedit dictam indulgenciam sit dampnanda, sicut nec scit si sit voluntatis dei concedere quod ipse annuit sic in bullis. Ideo non relucet magna discrecio vel sapiencia in hiis indulgenciis, specialiter si non fundantur in factis Christi vel verbis, nec in alicujus pape sapiencia antequam satanas est solutus; que
104. ergo evidencia movet hos satrapas sic voluntati domini * adversari? Aut que cupiditas urgeret istum prelatum sic scribere et sigillare sibi ambiguum, ubi verisimile est quod sit mendacium presumptivum? Ideo est multis evidens quod ista presumpcio sit peccatum; quia pari evidencia posset filium dei predestinatum dampnare ad tartarum. Ideo dicunt quidam viantes quod propter tale judicium temerarium nec magis nec minus, sed propter meritum vel demeritum quo ad deum. Et de multis literis episcopalibus concedentibus 40 dies venie est idem probabiliter senciendum. Et quantum

Thus papal bulls are not to be received as of faith.

Nor are indulgences to be believed in.

In these the bishops ignorantly set themselves against God.

As much as if they consigned a child of God to perdition.

So with episcopal letters.

3. vita, B, C. via, *sed al. man. in marg.* vita, B[1]. 5. ad respondendum, *om.* B, B[1], C. 6. ea, *pro* alia, B, B[1], C. 9. a domino, *ante* inspirati, *add.* B, C, *sed* B, *al. man.* 12. debemus, *pro* habemus, C. 19. sapiencia, *pro* evidencia, B[1]. 20. moveret, B, B[1], C. 26. viatores, B, B[1], C. 29. Et, *om.* B, B[1], C.

Digitized by Google

*And with letters of fraternity.*

ad literas fraternitatum, cum certum videtur quod ipsimet nesciunt si sint globus reprobus prescitorum, quid ergo valet illis vendere suffragiorum suorum participium? cum nesciunt si aliqua merita illis remaneant ad beatitudinem consequendam. Nec ex istis infertur quod aliquis de militante ecclesia desperaret; sed quod non confideret in istis apocrifis et incertis; ymmo quod totam spem suam in gracia Christi colligeret.

*All our hope should be in Christ.*

* Et ad percipiendum fructum illius spei in bono meriti C. 8 a. secundum doctrinam legis domini laboraret. Et istud evacuaret * desperacionem finalem multorum qui in istis suf- B. 7 a. fragiis sunt decepti. Et quantum ad contractus humanos vel civilia commercia patet quod fiunt communiter cum peccato, quia cum juramentis et testificacionibus illicitis. Ideo donate viro apostolico injuriam qui propter periculum hoc evitat.

*As to contracts, they are usually accompanied by sinful oaths.*

Et quantum ad hereditates descendentes ex datis patribus, sacerdotes non debent circa talia esse soliciti; sicut nulli debent presumere imponere dato heredi quod non descendit ab istis parentibus, nisi a spiritu sancto motus fuerit descensum hujusmodi impugnare. Et sic bene concluditur quod multa sunt vera in actibus humanis tam presentibus quam preteritis circa que viatores non debent esse soliciti. Ideo magis foret prudencia hominem renuere sibi neutrum aut impertinens sue beatitudini, in quo * devio tam speculative $B^1$. 153 a. quam practice multi peccant; ut patet de arte obligacionis et contencionibus circa temporalia hereditarie et temporaliter possidenda.

*As to inheritances, paternity should not be disputed except at God's will.*

*And about these things it would be better to care less.*

## CAPITULUM 14m.

*Mend. objects:*

MENDACIUM. Iterum manifeste innuis non esse ut fidem

7. dei, *pro* Xti, B, $B^1$, C. 8. concipiendum, *pro* percipiendum, B, $B^1$, C. istius, *pro* illius, B, $B^1$, C. 14. hec, *pro* hoc, B, $B^1$. 15. patrum *corr. ex* patribus, B, $B^1$. patrum, C. 22. magna, *pro* magis, B, $B^1$, C. 23. speculativi, B, $B^1$, C. 24. practici, B, $B^1$, C. multum, *pro* multi, B, $B^1$, C. 25. contencionis, B, $B^1$, C.

Digitized by Google

credendum illos esse sanctos qui in missis, in letaniis, et aliis ecclesie serviciis inseruntur; ad quid ergo diceremus de illis nisi crederemus quod in patria sunt beati? cum spes meriti super fide stabili in credentibus est fundanda.

You thus deny that the sanctity of saints to whom we address prayers is of faith.

VERITAS. * Hic dictum est sepius quod de sanctis quos canonizat ecclesia supponimus, sed non ut fidem credimus, quod sunt beati in patria. Undecim tamen apostolos cum paulo, magdalene et ceteris quos fides scripture implicat esse

*Ver.* answers: We do not hold as of faith the sanctity of any but Scripture saints.

B. 7 b. sanctos, credendum est ut fidem esse beatos, * et alios, quan-

104 b. tumcunque magna sanctitate in celis prepolleant, * credimus esse in beatitudine, verumtamen citra fidem. Et ideo ordinavit ecclesia quod quecumque oracio porrecta ad sanctum ad deum principaliter dirigatur. Et sic quelibet talis oracio implicat tacite condicionem, si et quatenus placet deo per talis sancti meritum nobis miseris suffragari. Et ut videtur multis nulla oracio porrecta specialiter sancto Christi est laudabilis, nisi de quanto acuit devocionem in Christum, sic quod si omnes intenciones et oraciones uniri possent in Christum, sincerius directe unite in Christum, esset utilius Christiano omnes oraciones specialiter Christo porrigere. Nec valet false credere quod Christus propter celsitudinem sui dominii non potest a nobis miseris faciliter exorari; ideo est necessarium habere alias personas mediantes; Christus enim assistens pontifex immediate illabitur viatori et cum hoc immediate conjungitur deitati. Ideo nullus sanctus est misericordius aut facilius auditivus miseri quam est Christus. Nec valent oraciones aliorum sanctorum, nisi de quanto

Prayers are addressed mediately to saints, ultimately to God.

And are only good, if at all, in so far as they quicken devotion to Christ.

Who is more ready to hear than any saint.

C. 8 b. Christus prius ex sua gracia has acceptat. * Ideo dicunt quidam quod porrecciones oracionum ad istos sanctos sepe

Prayers to saints are often harmful.

1. in, *ante* letaniis, *om.* B¹, C. 2. horarum officia, *post* diceremus, *add.* B, C, *sed* B, *al. man. in marg.* 8. Magdalena, B, C. 9. quacunque *corr. ex* quantumcunque, B. quacunque, C. 14. et si, *ord. inv.* B, B¹, C. placeat, B, B¹, C. 19. *sup.* Xtum *al. man.* scilicet sanctum, B; ipsum *corr. ex* Xtum, B¹; ipsum, *et int. lin. al. man.* sanctum, C. est, *pro* esset, B¹, C. 20. ad Christum, *pro* Xto, B, B¹, C. 23. pers. al., *ord. inv.* B, B¹, C. 25. sanctus, *om.* B, B¹, C. 26. aut audacius, *pro* auditivus, B, B¹, C. misereri, B, C. miserere, B¹. 28. de, *pro* ex, B, B¹, C.

Digitized by Google

The sanctity of saints is to be believed or not according to the evidence. Their legends are not of faith.

sunt superflue vel nocive. Conceditur ergo quod non est articulus fidei appropriare cuilibet sancto de quo dicimus specialem articulum fidei sed beatitudinem illorum supponimus secundum majorem evidenciam vel minorem. Unde absit quod omnes legende sanctorum in ecclesiam introducte sint fides catholica, cum in festo corporis Christi de sancto

In primo nocturno, Lectio II.

Just as the existence of accidents without a substance in the Eucharist is a doctrinal accretion.

sanctorum scribitur quod accidencia sunt in eucaristia sine subjecto, quod non fuit fides tempore augustini. Ideo dicit in de sermone * Domini in monte quod multa vera, licet in legendis talibus inserantur non sunt fides catholica; sicut

B. 7 o. Aug. De Serm. Dei in Monte, i. 65.

So are many of these legends.

exemplificat de ministro convivii cujus unum brachium a cane rapido est abstractum. Sufficit ergo ad tales oraciones

It is enough to believe tentatively in prayers to saints, absolutely in Christ.

secundarias habere probabilem supposicionem, et de Christo qui fundamentaliter oratur habere cum aliis virtutibus firmam fidem; et patet solucio. In ista tamen materia dicunt sco-

Explicit (or specific) differs from implicit (or indefinite) faith.

lastici quod aliqua est fides explicita vel expressa et aliqua est fides implicita sive tacita. Fidem autem implicitam * dicunt

$B^1$. 153 b.

esse quamcunque veritatem juxta illud apostoli prima cor. 13° Caritas omnia credit, et tamen infinite sunt veritates de quibus

1 Cor. xiii. 7.

non oportet nos hic habere fidem explicitam; cum sufficit fideli quod credat quamcunque veritatem secundum gradum

We must believe in the resurrection of the body, but not separately in that of this or that man's body.

et formam qua deus vult ipsum hanc credere. Ut carnis resurreccionis est articulus fidei cuilibet Christiano, et tamen non oportet de qualibet persona hominis habere expressum articulum fidei quod resurget. Sed deus vult quod per istam fidem generalem sua militans ecclesia excusetur. Non enim vult quod sua ecclesia cum veritatibus * inutiliter oneretur.

105.

Communis autem carnis resurreccio erit tempore sempiterno adhuc futura, et postmodum tempore suo presens; sed post diem judicii est elapsa.

1. sunt, *om.* B, $B^1$, C. nocive fiunt, B, $B^1$, C. 2. appropriate, B, $B^1$, C. oras dicimus, B, $B^1$, C. 3. adaptare quod in patria sit beatus, *post* fidei, *add.* B, $B^1$, C. 6. facto, *pro* festo, B, C. 12. rabido, *pro* rapido, B, $B^1$, C. enim, *pro* ergo, B, $B^1$. raciones *corr. ex* oraciones, B, $B^1$. 13. contrarias, *pro* secundarias, $B^1$, C. 18. esse, *om.* B, $B^1$, C. 23. resurreccionem et alios, articulos, B, $B^1$. 28. est in, *pro* erit, B, $B^1$, C.

## CAPITULUM 15m.

*Mend.* objects: The sanctity of the saints is held by the Church and confirmed by miracles.

MENDACIUM. Adhuc tota multitudo ecclesie militat contra tuam sentenciam, cum ecclesia acceptat curiam romanam, sanctos episcopos et abbates, ex sanctitate vite preterite, in sanctitate et oracionis efficacia sacerdotes vulgares et populum excellentes, et hoc idem confirmant miracula adhuc B. 7 d. recencia et miracula in cronicis satis publicis * memorata. Quis ergo crederit tue sentencie nisi qui non habet fidem quod deus peccatum suum preteritum quandocunque confessum fuerit non delebit.

We may as well lack faith in this as in God's forgiveness.

*Ver.* answers: This is the fallacy of accident.

VERITAS. Percipio quod calliditatem ut innatam habeas quod falsitatem reseres prope verum, ut ex cautela diaboli commisceas facilius falsitatem, sic enim diabolus maliciose temptando evam cur deus proibuit datum fructum, percipiendo quod eva per adverbium 'forte' in fide domini trepi- C. 9 a. davit, statim miscebat mendacium 'nequaquam,' inquit, 'moriemini.' Supponit autem catholicus citra fidem quod multi pape, episcopi et abbates ex gracia Christi et contricione sua finali sunt in celestibus nunc beati. Sed numquid ista opinio citra fidem justificat nunc papas, episcopos et abbates qui a lege domini hodie plus declinant? Constat quod si petrus, stephanus et magdalene ex fide scripture nunc in celestibus sunt beati, non propterea quilibet de pura secta Christi, sive vir sive femina, esse in vita approbata a domino est censendus. Ergo homines de quibus est vulgaris opinio, licet [vi]dentur esse beati a domino non faciunt evidenciam quod illi de secta sua hodie sunt beati; cum sancti ex fide scripture

The sanctity of saints cannot justify the laxity of popes.

7. publice, B¹. 9. quantumcunque, B, B¹, C. 12. veritatem, *pro* falsitatem, B, B¹, C. 14. dixit, *post* evam, *add.* B, B¹, C. deus, *pro* dominus, B, C. ne comederetis, *post* fructum, *add.* B, B¹, C. 15. addicionem adverbii, B, B¹. 19. notandum quod, *pro* numquid, B, B¹, C. 22. sanctus Petrus, B. Petrus sanctus (Stephanus *om.*), B, C. Magdalena, B, B¹, C. 23. pura, *sed al. man. in marg. corr. in* privata, B. privata, B¹, C. 24. Christi, *om.* B, B¹, C. 25. Homines ergo, *ord. inv.* B, B¹, C. 26. videntur, *pro* dentur, B, B¹. viderentur, C.

Digitized by Google

docti esse modo beato non faciunt quod homines de pura secta Christi, sicut ipsi fuerant, sint nunc sancti. Verum quidem est quod isti tres modi hominum si modo, sicut

**If saints are in heaven, it is not because they took endowments.**

probabiliter creditur, sunt beati, non propter talem dotacionem, nec propter hoc quod a pauperie et vita domini declinarunt, sed propter hoc quod, defective tenentes pauperiem et legem Christi, fructuose finaliter penitebant. Que ergo evidencia quod isti tres * prelati plus peccantes hodie observant ideo **B. 8 a.** statum sanctum. Observemus * ergo solam vitam Christi **$B^1$. 153 b.** pro regula infallibili, vel vitam aliorum de quanto secuti

**Nor are they to be followed in their sins.**

fuerint dominum jhm Christum. Ut licet petrus ihm secutus fuerat non tamen propterea debemus Christum negare et menciendo anatematizare et jurare quod Christum non novimus, licet in evangelio legimus petrum apostolum sic fecisse. Sequamur ergo papas episcopos et abbates de quanto ipsi secuti fuerant dominum jhm Christum. Et ad istum sensum dicit **Ciprian. Ad Cæcilium, § 14.** ciprianus 8 ª d, c º [decimo], si solus Christus, quod solum debemus de apostolis vel sanctis aliis audire dominum jhm Christum. Christus enim in ipsis loquitur quando dicunt veritatem catholicam; et precise de tanto christianos alios audiamus. Doce ergo * si sciveris quod iste persone de tanto sunt de **105 b.** ecclesia de quanto extollunt ad beatitudinem istum papam istos episcopos vel abbates. Sed constat mihi quod nec vel

**But the lives of saints do not really sanction endowments.**

perfunctoria evidencia scis istud probare. Quomodo ergo non erubesceret infidelis, deserendo fundacionem in lege domini que non potest deficere, et preeligendo vitas peccatrices apocrifas, secundum illud in quo non docetur quod secuti fuerint dominum jhm Christum. Et specialiter dimittendo

1. *pro verbis* esse modo beato . . . sint, *leg.* tunc (*om.* C) non modo sciverunt si sunt, B, $B^1$, C. 8. triplices, *pro* tres, B, $B^1$, C. hoc, *pro* hodie, B, $B^1$, C. 9. status sanctus, B, C. 11. Petrus licet, *ord. inv.* B, $B^1$. 15. ergo, *om.* B, $B^1$, C. 17. Ciprianus, ut patet 8 d (= distinctione) decimo capitulo, B, $B^1$, C. audiendus, *post* Xtus, *add.* $B^1$. 20. precipue, *pro* precise, B, $B^1$, C. 22. illum, *pro* istum, B, $B^1$, C. 23. vel, *om.* B, $B^1$, C. 24. per fictoriam evidenciam, B. per fictas evidencias, C. 25. erubescit, B, $B^1$, C, *sed* B, *corr. ex* erubesceret.

Digitized by Google

illud perfectum in vitis eorum in quo secuti fuerant dominum jhm Christum. Ut beatus possidonius narrat de Augustino quando voluit cives iponenses illas possessiones quas sibi dederant rehabere. Beatus jeronimus nullo modo voluit possessiones tales accipere, nec extraclaustraliter vivere nec clericorum predia approbare. Et sic de beatis benedicto, C. 9 b. gregorio et bernardo; pauca * temporalia in pauperie posside- B. 8 b. bant et tamen, * ut creditur, de illa possessione finaliter penitebant.

*As witness Augustine and Jerome.*

*Those who took endowments we believe repented of them.*

## CAPITULUM 16m.

Veritas. * Si autem sanctitatem vite et securitatem ejus preponderas, qua fronte meretricia tantum acceptas vitam istorum prelatorum qui multociens et graviter peccaverunt, et dimittis vitam Christi infinitum sanctiorem, infinitum securiorem, plus facilem et communem. Nemo autem potest subterfugere quin sic faciens non mediocriter peccas et in diaboli volutabro te immergis. Et sic si obicis quod fingo istos sanctos de ista declinacione a lege domini finaliter penitere, doce tu quod sint sancti et docebo quod sic finaliter penituerant communiter. Evangelista quidem, qui fuit longe sanctior istis tribus, dicit quod si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Quomodo ergo non honorat istos sanctos qui imponit eis quod sic fructuose finaliter penitebant; cum patet luce clarius quod dimittentes hanc stratam regiam et eligentes viam ambiguam apostolis prioribus incognitam non mediocriter peccaverunt. Et sic non contendimus circa istud quod iste tres persone sunt in B¹. 153 d. sanctitate et oracionis efficacia sacerdotes vulgares * et populum excellentes; quia de istis tribus, de sacerdotibus vul-

*Why take example from the lives of saints rather than of Christ?*

*If you prove that they are saints, I will prove that they repented taking endowments.*

2. beato augustino, B, B¹, C. 3. quod, *pro* quando, B, B¹, C. 7. qui pauca, B, B¹, C. 14. in, *post* Xti, *add.* B, B¹. securiorem, sanctiorem, *ord. inv.* (infinitum *om.*), B, C. 16. peccans, B. 19. consequenter, *post* docebo, *add.* C. 20. penitebant, B, B¹, C. consequenter, *pro* communiter, B, B¹, *om.* C. 22. nosmet, B, B¹. 26. cum, *pro* et, B, B¹, C.

Digitized by Google